Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitialen

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

cessarios. ut non sint infructuosi. Salu
tant te qui mecum sunt omnes. Salu
ta eos qui nos amant in fide. Gra dei
cum omnibus vobis. Amen. Explic ep
ad Titum. Incip plog ad Phylemonem.

Phylemoni familiares lit
teras mittit pro onesimo
servo eius. scribit aut ei
ab urbe roma de carcere p supra
scriptum onesimum. Explicit plog.

Incipit epistola ad Phylemonem

Paulus
vinctus ihu
xpi et timo
theus frater
phylemoni
fratri dilecto et
adiutori nro
et apphie soro
ri karme et archippo commilitoni nro
et ecclesie que in domo tua est. Gra vobis
et pax a deo patre nro et dno ihu xpo.
Gras ago deo meo semp memoriam
tui faciens in orationibus meis. audiens
fidem tuam et caritatem quam hes in dno
ihu et in omnes scos. ut communicatio
fidei tue evidens fiat in agnitione
omnis boni in xpo ihu. Gaudium enim
magnum habui et consolationem in cari
tate. quia viscera scorum requieverunt p te frater.
Propter quod multam fiduciam hns in xpo ihu
imperandi tibi id quod ad rem ptinet. pp cari
tatem magis obsecro. cum sis talis
ut ego paulus senex. nunc aut et vinctus
xpi ihu. Obsecro te p meo filio quem
genui in vinculis onesimo. qui tibi ali
quando inutilis fuit. nunc aut et tibi et mihi utilis est quem
remisi tibi. Tu aut illum ut mea viscera
suscipe. Quem ego volueram mecum deti
nere. ut p te mihi ministraret in vinculis evangelii.
Sine consilio aut tuo nichil volui facere. ut ne
velut ex necessitate bonum tuum esset. sed vo
luntarium. Forsitan enim ideo discessit ad
horam a te. ut eternum illum reciperes.
iam non ut servum sed p servo karm fratrem.
maxime aut mihi. quanto magis tibi et in carne
et in dno. Si ergo hes me socium. suscipe
illum sicut et me. Si aut aliquid nocuit tibi
aut debet. hoc mihi imputa. Ego paulus
scripsi manu mea. Ego reddam ut non dicam
tibi. quod et te ipsum mihi debes. Ita frater ego te fru
ar in dno. Refice viscera mea in dno. Con
fidens obedientie tue. scripsi tibi. sciens quoniam
et sup id quod dico facies. Simul aut et para
mihi hospitium. Nam spero p orationes vras
donari me vobis. Salutat te epaphras
concaptivus meus in xpo ihu. et marcus. et
aristharcus. demas et lucas adiutores
mei. Gra dni nri ihu xpi cum spu vro
Amen.

Incipit prologus sup epistola Ad hebreos

In primis dicendum est.
cur apls paulus in hac epla scribenda
non servaverit morem suum. ut vel vocabulum
nominis sui. vel ordinis describeret dig
nitatem. Hec causa est. quod ad eos scribens. qui ex
circumcisione crediderant. quasi gentium apls
et non hebreorum. sciens quoque eorum superbiam. suam
que humilitatem ipse demonstrans. meritum
officii sui noluit anteferre. Nam simili
modo etiam iohs apls pp humilitatem in epla
sua nomen suum eadem ratione non pretulit.
Hanc ergo eplam fertur apls ad hebreos
conscriptam hebraica lingua misisse. cuius
sensum et ordinem retinens lucas
evangelista. post excessum beati pauli
apostoli greco sermone composuit.

Explicit prologus. Incipit episto
la ad Hebreos.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg